



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Restitut. VI. vbi facienda sit restit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

686 R E S T I T V T I O . V.

sufficit restituere illi , cui fur mandauit .^{cyp}
17.num.29.§.1. usque ad §.

Damnum datum alicui inuito, ut perfur-
tum, rapinam, vim, aut metum saltē reue-
rentiale, vel acceptum, ne faceret aliquod
damnum contra Iustitiam , restitui debe-
damnificato . num.30.§.1.

Acceptum ad patrādūm aliquod malū,
si malum non sequatur , restituendum et
danti . num.3.§.4.

Qui accipit aliquid, ut fungatur bene suo
officio, tenetur restituere danti . nu.31. post
§.5. & idem de illo qui accipit iniuste &
turpiter à iustē dante (sicut ministri iustitie)
num.33.

Qui accipit aliquid ad faciendum, quod
ex iustitia tenetur , quid faciet, vide Re-
stit. II.

Qui bona fide emit rem à non Dōmino,
tenetur postquam resciuerit , reddere vero
Dōmino , etiam non recuperato pretio.
num.8. Si verò compareat vendor, sufficit
illi reddere, & recuperare premium . num.9.

De Prälato conferente beneficium indi-
gno, vide Restitutio. II.

Pauper fictus accipiens eleemosynam, te-
netur eam reddere non danti , sed paupen-
bus . num.107.

R E S T I T V T I O VI. Ubi sit facienda.
Resti

V.
it.cap.
erfur.
reue.
quod
debet
alum,
m et
e suo
poli
ste &
inij
quod
Re-
ino,
vero
etio.
ficit
9.
ndi
ste-
eri-
nda.
est
ESTITUTIO. VI. ET VII. 687

Restitui debet, vbi res aliena sita est, si bona fide possidetur. num. 42. Et si res debetur ex contractu vel quasi contractu, facienda est in loco expresse vel tacite destinato solutioni, dummodo petita extra locum destinatum non damnificet creditor i, nec debitori. num. 42. & si locus non fuit destinatus, facienda est in loco, vbi petitur, coram iudice competente. ibid.

Restitutio debita ob delictum, vel quasi delictum, facienda est, in illo loco vbi Dominus nulla expensa, vel alio onere graueretur, siue fiat, vbi res accepta fuit, siue vbi est Dominus, siue in alio loco, ad quem Dominus transtulisset. Sufficitque restituere vbi Creditori placuerit. num. 43.

RESTITUTIO VII.

De modo, & ordine restituendi.

QVOMODO restituet laedes in bonis corporis, vel animae, vide Restitutio II.

Restitutio fiat occulte, si delictum est occultum, & generaliter eo modo, quem causa debiti requirit. cap. 27. num. 44.

Quando omnia debita non possunt restituiri, restituantur prius certa, quam incerta: nisi res incerta permaneat in specie. n. 47. 48.

In